

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Diuicie 1

cum fontibus proximo et primo

Sufficienciam uite non indecenter uult,
quisquis eam uult et non amplius,

que quidem
non appetitur propter se ipsam
sed propter salutem corporis
et congruentem habitum personae hominis
ut non sit inconueniens eis
cum quibus uiuendum est.

Ista ergo cum habentur ut teneantur,
cum non habentur ut habeantur, orandum est.

Augustinus ad Probam.

Et hoc est quod Augustinus dicit, ad Probam:
Sufficientiam vitae non indecenter vult
quisquis eam vult et non amplius.

Quae quidem
non appetitur propter seipsam:
sed propter salutem corporis
et congruentem habitum personae hominis,
ut non sit inconveniens eis
cum quibus vivendum est.

Ista ergo, cum habentur, ut teneantur;
cum non habentur, ut habeantur, orandum est.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae*,
Secunda secundae, 83.6 (P. Caramello ed., p.392).

hanc ergo
sufficientiam non indecenter uult,
quisquis uult nec amplius uult;
alioquin non ipsam uult et ideo nec decenter uult.
hanc optabat et pro hac orabat, qui dicebat:
Diuitias et paupertatem ne dederis mihi;
constitue autem mihi, quae necessaria sunt,
sufficienter, ut ne satiatus mendax efficiar
et dicam: ‘Quis me uidet?’ aut pauper factus
furer et iurem nomen dei mei (Prou. 30:8-9).
uides certe et istam sufficientiam

non appeti propter se ipsam
sed propter salutem corporis
et congruentem habitum personae hominis,
quo habitu non sit inconveniens eis,
cum quibus honeste officioseque uiuendum est.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 130.6
(CSEL 44, A. Goldbacher ed., pp.53-4, ll.17-18, 1-9).

ista cum habentur, ut teneantur,
cum autem non habentur, ut habeantur, orandum est.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 130.6
(CSEL 44, A. Goldbacher ed., p.55, ll.5-7).